

et influit Synochis robur vividonum ignis.

Magnipotentis.”

Et sane videtur Hecate esse unitas, et idea virium, et viventium omnium. Sicuti Synoches, sunt intellectus, qui ab Hecate accepto influxu eius ignis, qui vitam donant, eamque empyreο, et æthereο, et hylæo mundo infundunt, eosque et continent, et conservant, et regunt, motumque vitalem eis largiuntur. Quid autem sit Iynx illa intellectualis alio oraculo declaratur, hoc carmine.

Νοούμεναι ἴνγγες πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταί.

“Intellectæ Iynges a patre, intelligunt et ipse.”

Non quidem a patre primo intellectæ, qui intellectus non est, sed a patre suæ Triadis.

Nam fontanos etiam patres uti vidimus posuere quosdam. Et videntur Iynges esse ideæ secundariæ inter intellectus. Nam de eis loquens idem oraculum, ideas nominat.

Παντίης ιδέαις κεχαρισμένος. ὃν μία πηγὴ.

“Omnifariam ideisgratiosus, quarum unus fons.”

Pletho, etiam Zonæos, et Azonos declarat:

Εἰσὶ δὲ παρά αὐτοῖς καὶ Αζωνοί Ἐκαται, ὡς ἡ τριεοδότις ἡ χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ Κωμὰς. καὶ ἡ Ἐκκλυστικὴ. Αζωνικοὶ δὲ παρά αὐτοῖς θεοί, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος, καὶ ἡ τοῦ Ὀσιριδος σειρὰ, καὶ ἡ τοῦ Ἀπολλωνος. Αόζωνοὶ δὲ καλοῦνται οἱ ἐξουσίᾳ ζῶντες, ἐνεξουσιαζόντες τὸν ζωναῖς, καὶ ὑπεριδρυμένοι τοῦ ἐκφανῶν θεῶν.

“Sunt vero apud ipsos et Azonæ Hecates, ut est Triecdotic Chaldaica. Et Comas, et Eclystica. Azonici vero apud eos Dii, Satapis, et Dionysius, et Osiridis cathena, et Apollinis. Azoni aut vocantur (quasi non præcincti) qui libere in potestate vivunt. Potestatem habentes in Zonas, et præsunt manifestis Diis.”

Manifesti autem Dii, sunt cœli, et Planetæ, et sunt hi, quasi illæ Aristotelicæ cœlorum motrices substantiæ. Sed quod ait.

In potestate eos vivere, et potestatem habere, ἐν ἐξουσιᾳ καὶ ἐνεξουσιᾳ ζῶντες, idem nomen est, cum eo, quod Dionysius in secunda Hierarchia tribuit ordini tertio τῶν ἀγίων ἐξουσιῶν Sanctorum Potestatum. Subnectit Pletho.

Ζωναῖοι δὲ οἱ τὰς ἐν οὐρανῷ ζωνὰς ὑπολύτως πρέιελίπτοντες, καὶ τὰ τῇ δὲ διηκοῦντες. Θεῖον γὰρ γένος ἔστι παρά αὐτοῖς Ζωναῖον, τὸ κατανειμάμενον τὰς τοῦ αἰσθητοῦ τοῦ κόσμου μέριδας, καὶ ζωσάμενον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τοπὸν διακληρώσεις.

Zonæ vero sunt, qui cœlestes Zonas absolute circumvolunt, et hæc nostratia gubernant. Divinum enim genus est apud eos, Zonæum, quod mundi sensibilis sibi contributas regiones habitat, et quod forte sibi attributas mundi materialis partes regit.

Quod muneric videtur Dionysius secundæ ac tertiac Hierarchiæ assignare.

Sed et Damascius horum aliquot nominat.

Εἴπερ ἔστιν ἡ μὲν τῶν ὄλων πηγῶν, καὶ σειρὰν πηγαίαν μόνον ἀφίησιν ἀφ' ἔαυτῆς. Ἡ δὲ τῶν μερικῶν, καὶ προείσιν εἰς ἀρχὰς, καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ ἀζώνους καὶ ζώνας ὡς νόμος ἔστι τῆς προόδου τῶν μερικῶν ὑμνουμένων πηγῶν.

Si quidem est hæc quidem, universalium fontium, et catenam fontanam solum, demittit a se ipsa. Illa vero particularium, et progreditur in Principatus, et Archangelos, et Azonos, et Zonas, ut lex est, progressionis particularium qui celebrantur fontium.

Ex his sane locis omnibus non difficile est colligere conformitatem quandam hæc habere, cum Dionysii Hierarchiis; quod tum nominibus Synocheon, Teletarcharum, Potestatum, Principatum, Archangelorum, Angelorum, Fontium, et similiūm aliorum; tum etiam munerum, per quæ et coleos, et mundum hunc materialem, et etiam Empyreum, et voluunt, et regunt. Quæ dogmata, si Dionysius, ab Hierotheo, Hierotheus, a doctore suo Paulo, Paulus a Chamaliele, et Illelo, et Hebræorum aliis Rabinis, hausta habuerunt, Hebræi dici possunt, hæc eadem a vicinis Chaldæi, et Ægyptiis hausisse. A Chaldæis inquam, quia Zoroaster contemporaneus fuit Abramo. Hic vero Mosem, a quo Hebræorum dogmata